Noverint universi quod nos Beatrix dei gratia abbatissa monasterii sancti Danielis Gerunde attendentes quod dictum monasterium habet prope civitatem Gerunde iouvria vo
catam de monte cribio cum suis terris honoribus et pertinenciis suis. Attendentes etiam quod consideratis sumptibus qui pro laboratione ipsarum terrarum et honorum et ad vineas ipsius iouve
rie fiunt necessario et fieri habent, melius utilius et fructuosius est ipsi monasterio multiplici ratione dictam iouvriam cum suis terris honoribus et pertinenciis stabilire seu
ad emphiteosim concedere sub certis censibus quam ad propriam laborationem retinere vel etiam ipsam ad laborandum concedere. Habito super predictis et quolibet predictorum dili
genti et frequenti consilio deliberatione et tractatu cum conventu nostri monasterii pro tempore ut moris est solito convocati et congregati. Inspecta ipsius monasterii utilitate
attenta de consensu voluntate et consilio dicti nostri conventus et etiam de auctoritate et expresso assensu Reverendi patris in Christo domini Gastonis miseratione divina
episcopi Gerunden. Gratis et ex certa sciencia per nos et successores nostros in dicto monasterio damus et concedimus ad emphiteosim sive ad accapitum vobis Guillelmo Ey
merici pellicerio Gerunde et vestris perpetuo unam feixiam terre prout est signata et limitata ex condamina vocata de spers que est de pertinenciis dicte iouvrie. Que fe
xia affrontatur ab oriente in honore den rocha, a meridie in fexiis Bernardi vitrio, ab occidente in stabilimentis condamine de puthio mediante carraria, a circio in resi
duo condamine predicte. Predictam siquidem feixiam prout superius terminatur et affrontatur cum omnibus introitibus et exitibus suis, iuribus, tenedonibus et perti
nenciis suis universis et singulis, et cum omnibus melioramentis et augmentis ibi factis et deinde faciendis, vobis dicto Guillelmo Eymerici et vestris perpetuo damus et concedi
mus ad emphiteosim sive ad accapitum, salvo tamen iure et directo dominio dicti monasterii tam in foriscapiis laudimiis foriscapiis emparis faticis quam etiam aliis quod
ad directum dominium pertinet noscitur. Dabitis preterea nos et vestri nobis et nostris successoribus in dicto monasterio annuatim censualiter in festo sanctorum Feli
cis et Felicie duas migerias frumenti boni pulcri sicci et nitidi ad mensuram Gerunde, set ipsas deffendentes in claustro allatas vestris sumptibus in dicto monasterio. Et
sic sub dictis modis et condicionibus constituimus nos dictam feixiam terre nos vestro nomine precario possidere donec eiusdem rei tam de iure quam de facto adep
tus fueritis corporalem in quam intrandi adipiscendi et tenendi plenam vobis et vestris damus et conferimus potestatem, ad faciendum inde omnes vestras volunta
tes, retentis tamen condicionibus supradictis. Et sic per nos et nostros successores in dicto monasterio promittimus hanc concessionem et omnia et singula supradicta rata et fir
ma habere tenere, et quod dictam predictam feixiam cum suis iuribus nos et nostros semper facere habere tenere et etiam deffendere in pace contra cunctas personas, et inde
nobis et vestris facimus teneri de evictione et omni dampno et interesse litis extra. Et pro predictis attendendis et complendis obligamus nobis et vestris omnia bona dicti
monasterii ubique presentia et futura. Pro huiusmodi vero concessione habuimus et recepimus a vobis ad utilitatem dicti monasterii viginti unum sol. barchin. Renunciando
exceptioni peccunie non numerate et non recepte et doli. Et ego dictus Guillelmus Eymerici laudans et concedens omnia et singula supradicta promitto vobis dicte domine ab
batisse et successoribus vestris in dicto monasterio dictum censum duarum migeriarum frumenti annuatim solvere termino supradicto allatas ut est dictum. Et pro pre
dictis attendendis obligo vobis et vestris dictam feixiam cum omnibus melioramentis et augmentis ibi factis et deinde faciendis. Quod est actum et tam a dicta ve
nerabili abbatissa quam dicto Guillelmo Eymerici firmatum et laudatum Quinto Nonas Octobris. Anno domini millesimo Trecentesimo Tricesimo Tercio presentibus testibus
venerabili Bernardo de Lacu presbitero de capitulo et Petro de villanova clerico et Arnaldo de Torrente Gerunde. Predicta vero omnia fuerunt per dictum conventum more so
lito congregatum in capitulo dicti monasterii laudata concessa et approbata, et etiam postea predicta omnia per dictum Reverendum dominum Episcopum Gerunden
laudata auctorizata et approbata. IIII idus Octobris anno domini predicto presentibus testibus venerabilibus Arnaldo de palaciolo thesaurario et Bernardo de
lacu presbitero de capitulo Gerunden. Et similiter Arnaldus de torrente baiulus dicti monasterii predicta firmavit pro baiulo coram testibus supradictis.

Sig+num Petri Massaneti notarii publici substituti auctoritate regia a Bernardo de Toylano notario Gerunde publico, qui hec scribi fecit et clausit cum supraposito in linea xv
a dicto "possidere".

Nº 49
CTORS - f. 62

Nº 4 del Plech 3. [illegible] del Racional de la [illegible] AC f. 82V

T. 361 ff. 345

Establiment de una [illegible] dintra part de la cormina [illegible] [illegible] a Guillem Eximenis de [illegible]
A 3 8bre 1333.

n.º 660

689